

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Bibliotheca Smithiana, Seu Catalogus Librorum D. Josephi
Smithii Angli Per Cognomina Authorum Dispositus**

Pasquali, Giovanni Battista

Venetiis, 1755

Anrede

urn:nbn:de:gbv:45:1-844

BENEVOLO LECTORI

JOANNES BAPTISTA PASCHALIUS.

SOLET me sæpe Vir ornatissimus hujusce Civitatis, suæque Britannicæ gentis prudentissimus negotiorum Consul JOSEPH SMITHIUS domum suam perhumaniter, comiterque invitare; quo ego sane ita convolo, ut nullum in locum libentius, tum ut ipsius viri alloquio fruam, tum etiam ut ipsa domo. Ut enim ipse dominus præstat confidio, prudentia, & humanitate, sic domus nitet præclaris & elegantibus ornamentis. Tabulas in ea cernere est egregie pictas, signa affabre elaborata, gemmas, vasa, toreumata, totam denique suppellectilem ita mundam, ita politam, ut non minus sumtus videas, quam sollertiæ.

Sed ut sua quemque delectant, ita Bibliopolam me nihil magis capere solet, quam selectissima Bibliotheca. In eam sæpius secedens, modo hunc, modo illum librum in manus sumens, aliquot Librorum quemdam veluti Catalogum in meos usus quotidie conscribebam. Catalogus quidam in usum Domini profecto non deerat, in quo conquiriti subinde libri quoquo modo describebantur, ut ipsi de eorum numero titulisque constaret. Cum itaque principio vellem eos describere, qui vel typorum nitore, vel editionis raritate præstarent, dum hunc, illum, alterum, heri, hodie, cras in meum libellum conjicio, quid quæris? illud ad extremum animadverti, me pene omnes sensim in Catalogum redeisse: ita enim singuli aliqua re excellabant, ut nullus videretur dignus, qui omitteretur. Quidni enim ita existimarem? Videbam ex iis quos prima Typographiæ ætas protulit ad annum usque MD. plerosque, eosque membranaceos quamplurimos: videbam Aldinos, ex his itidem membranaceos multos: tum Jolitorum, Florentinorumque Juntarum formis excusos; & quidquid denique pulchri hac

in



in re protulit Italia. Congestas etiam huc habebam quas
exteri politiores Typographi opes dedere, vel Stephani,
vel Elzevirii, vel Regia Parisiensis Typographia, aliive.

Hos itaque Libros cum singulos suo ordine in meos usus
digeissem, tum demum sic ipse mecum coepi cogitare:
Quidni Catalogum hunc meum in privatum ipsius domini
num conscripserim? Quidni in publicum? Quid? Tantam-
ne in Libris colligendis industriam, tam magnas in coemen-
dis impensas, tam scitam in ornandis elegantiam patiar
latere? Ego vero non feram. Consilium itaque coepi ip-
sum clarissimum SMITHIUM orare, Catalogum typis man-
dari ut sineret. Primum ille, qua est modestia, negare:
demum, qua est humanitate, concedere. Tibi itaque illum
fisto, Benevole Lector: & ne sis nescius quid egerim, il-
lud egomet faciendum putavi, ut librorum titulos descri-
berem quam paucissimis poteram verbis, ita tamen ut ci-
tra obscuritatem consisterem, ne voluminis moles nimium
excreceret. Singulorum librorum praestantiam ac pretium
non innui, quod id harum rerum periti non deside-
rent, & singularis ipsius Domini modestia recusaret. Li-
brorum Scriptores siqui nulli erant adscripti, adscribendos;
siqui fictis sub nominibus delitescerent, in medium (quod
gratum, opinor, lectoribus) persona detracta producendos
laboravi, brevissimis adjectis adnotationibus, quales tamen
supra meum bibliopolæ institutum non essent: siqui vero
una cum multis in Thesauris, Diariis, Accademiæ Mem-
oriis acervatim congesti essent, exemi singulos, suoque
loco alphabetico ordine reposui; quam quidem nimis for-
tasse aliquando minutam diligentiam, ipsi tamen mihi &
Domino usui futuram, ne, quæso, vitio vertas.

Si catalogi Appendicem vides, id factum est tum Cla-
riss. SMITHI infatigabili studio, qui nunquam non libros
coemendos curat, tum ipsius catalogi nonnulla utilitate,
quod hinc sumta occasione singulos denuo libros in cata-
logo jam editos diligenter atque etiam fastidiose recogno-
vi: & siqua irreperant errata vel in Scriptorum nomi-
nibus,

nibus, vel in Editionum annis, quæ non exiguum aliquando negotium expertus sum exhibere, in ipsa Appendice sustuli. Ante omnia vero elenchum præire volui, quo omnium Auctorum nomina alphabetico ordine disposita, una veluti tabula comprehensa, ob oculos eodem tempore ponerentur.

Hæc sunt, quæ ego pro mearum virium mediocritate præstiti. Consilio vero Clar. SMITHII factum est, ut etiam Celeb. Saxii vestigiis insisterem, adderemque ad extremum eorum librorum Præfationes, qui ad sæculum usque xv. editi sunt, adjiceremque Præfationibus observationes quasdam, quæ eos viros, quibus perscriptæ erant, qui qualesque essent in apricum proferrent. Præfationes ipse quidem addidi; sed observationes ut adjiceret, rogavi admodum Rev. P. de Augustinis cum ob alia, tum ob insignem *de Illustrium Venetorum vitis* librum Litterario orbi jam satis cognitum; sed alio vocatus, omnibus Præfationibus eas subijcere cum ille non posset, ut id sibi negotii susciperet, obtinui, vir doctus in primis & eruditus Hieronymus Zanettius.

Quod superest, oro te, Benevole Lector, ut hoc quidquid est, qualecunque, quod mihi certe ut initio magnæ fuit voluptatis, ita postremo reliquum quod erat temporis ex plurimis, quibus distineor, negotiis honesto otio concedendum eripuit, æqui bonique consulas: & si qui deprehendentur adhuc errores emissitios meos oculos effugisse, te, qui nosti quam fit difficile in hujusmodi operibus errata omnia animadvertere, veniam daturum certo scio, alium quemcunque facile spero.



... vel in Editionum annis, que non exigunt al-
quando mentium expectat, tum exhibere, in ipsa
dico lullu. Ante omnia vero elenchum quatuor velu, quo
omnium Auctorum sententia alphabetice ordine addita
una veluti tabula compendiosa, ob oculos eodem tempore
proferatur. ...
Hac sunt, que ego pro certissima virtute inchoata
prestiti. Cogitio vero que hactenus facta est, ut certum
Celsi. Sicut vestigia inchoata, ad instantem ad extenuanda
corum laborum fructus, qui ad faciem aliquam ex. editi
sunt, ad instantem fructuosioribus edevantibus curantur,
que eos viros, equos persequitur etiam, qui quatuordecim
sunt in prioribus prelorent. Inchoata sunt quatuordecim
di; sed edevantibus inchoata, totum oblatum h. v.
P. de Augustinis eam ob alia, tam ob hancem de alia
sicut hancem eam hancem hancem hancem hancem hancem
ganiam, sed alio vocantur omnibus fructuosioribus hancem
certe cum hancem hancem, ut id hancem hancem hancem ob-
tinui, ut hancem in hancem & hancem hancem hancem hancem
netur.

Quod hancem hancem hancem hancem hancem hancem hancem
quatuordecim, quod hancem hancem hancem hancem hancem hancem
ut, ut hancem hancem hancem hancem hancem hancem hancem
quatuordecim hancem hancem hancem hancem hancem hancem hancem
quatuordecim hancem hancem hancem hancem hancem hancem hancem
forte emittitur hancem hancem hancem hancem hancem hancem hancem
sic difficile in hancem hancem hancem hancem hancem hancem hancem
vertere, ventum hancem hancem hancem hancem hancem hancem hancem
facile hancem hancem hancem hancem hancem hancem hancem

